2987 tabula marmorea litteris evanidis. Lavici in Latio [significatur Valmontone, cf. supra p. 275] DON. Valmontone *nel cortile del palazzo Doria in faccia alle scale* PETR. Ibi adhuc. In pariete ubi hic lapis et alii infra edendi n. 3317. 3324. 3382. 3399. 3416. 3418. 3423 extant, scriptum est, repertos eos esse anno 1789 in fundo dicto *la Cavalla*; quod cum hic certe titulus innotuerit ante annum 1789, exiguae auctoritatis est. Cf. etiam ad n. 3416.

L · HERENNIO L · F
MEN · COSSVTIANO
DECVRIO ADLECTVS
CVRIA · PRAENESTE
ANNORVM · XVII
uixiT · ANNIS · XVIII

Descripsit de Rossi. Donati 254, 6 acceptam a Monsacrato, a quo habuit etiam n. 3009 (ex Don. Orelli 3749); Petrini p. 322 n. 24 (ab hoc puto Marini Arv. p. 94, auctore non laudato); Marocco *mon. dello stato pont.* 9 p. 115; Bertarelli *Labico* (Romae 1845) p. 39, pessime.

2 COSSVLTHANO Don., COSS·HAN... Marocc., COS...ANO Petr. Marin. — 4 in. ante CVRIA periisse aliquid significat Petr. — 6 Rossius non vidit nisi ...; VT·ANNIS·XVIII Don., VIXIT·ANNIS... Marocc., totum versum om. Petr. cum Marinio.

2988 tabula marmorea litteris pessimis. Praeneste in aedibus Petri de Pacificis, rep. a. 1733 VVLP., similiter CECC. Romae in bibliotheca Vaticana MAR. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. incert.).

M · IVNIVS · M · F
MAIOR
ARCHIMIMVS
APOLLINIS · PARASIT
POSIT sic
POSTVMIA · Ɔ · L · CYDILLA

Descripsit Henzen. Vulpi Lat. 9 p. 179 (inde Petrini p. 360 n. 22); Cecconi p. 76 (inde Henzen n. 6186); Marini ms. Vat. 9125 f. 363.

6 CYDILIA Vulp., CIIDILIA Cecc.

2989 tabula marmorea. Praeneste apud Petrum Fantonum ANON., similiter BIANCH. PENN. Praeneste apud loci dominos FABR., errore ut videtur. Apud Cecconium CECC. CHAVPY. Extat in aedibus olim Cecconiis.

SEX · MAESIO · SEX · F · ROM · CELSO · PRAEF
FABR · III · Ɔ · LEG · IIII · MACED · Q · AED · II · VIR · FLAMIN ·
DIVI · AVG · SORTILEGO · FORTVNAE · PRIMIGENIAE
SEX · MAESIVS · ECHIO · LIB · FECIT · SIBI · ET
SEX · MAESIO · CELERI · FILIO · SVO · ET · MAESIAE PINOE CONIVGI ET
SEX · MAESIO · POTHO · CONLIBERTO POSTERISQVE SVIS

Descripsit de Rossi, contulimus Mommsen et ego. Anonymus Barberinianus f. 246 (inde Suaresius Praen. p. 281; ex hoc Vulpi 9 p. 127); Fabretti 668, 529; Bianchini Ver. 353 f. 60; Pennazza ms. bis; Cecconi p. 65; Chaupy *maison d' Horace* 2 p. 278; Petrini p. 369 n. 44; Marini ms. Vat. 9127 f. 277. Orelli 2303.

5 pro PINOE Bormannus scribi vult EPINOE.

2990 magnus lapis calcareus. Praeneste prope conventum S. Francisci GIORG., *nel sito detto la Pescara* CECC. Extat eodem loco, extra Praeneste in regione dicta *la Pescara* in vinea principis Barberini.

q. magulnius C · F · SCATO · Q
OS · VIGLIAS
*rest*ITVENDA · S · C · C

Descripsi. Giorgi sched. Casanat.; Cecconi p. 24 (inde Petrini p. 340 n. 68); Cicerchia ms. et ann. inst. arch. 1855 p. 87. Huius Corp. vol. I n. 1139. Garrucci syll. n. 1490.

1 nomen suppletum ex n. 2906. — 2 Mommsenus (huius corp. vol. I) putat agi de porta, viglias esse vigilias, et significari excubitoria.

2991 basis marmorea. Praeneste ante ianuam S. Rocchi BVD.; sub Praeneste in via publica SMET. (ms.); Praeneste in via qua Albam itur PIGH. SMET. (ed.), eundem locum significantes. *Nel casino* ANONYM., *nel giardino baronale* CECC. ibique extat.

A · MVNIO · A · FIL
MEN · EVARISTO
SPL · EQ · R · PAT · COL ·
OMNIBVS · HONOR
NITIDE · FVNCTO · OB
INSIGNEM · EIVS · EDITION
MVNERIS · BIDVI · POPVLO
POSTVLANTE · BIGAM
PLACVIT · AEQVEST · STATVA ·
DECRETO · ORDINIS · EVM
ORNARI
L · D · D · D

Descripsit de Rossi, contuli ipse. Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352; Pighius Berol. f. 154 (ab hoc puto Lipsius ms. f. 17', saturnal. sermon. lib. I cap. 10 [ed. 1585 p. 41], ubi ipse Pighius inducitur hanc inscriptionem verbo tenus referens); Smetius ms. Neap. p. 148, apud Waelscapplium f. 119', ed. 80, 5 (inde et ex schedis Sculteti, qui vidit, Grut. 440, 1), ubi dicit accepisse se ab aliis; Ligorius Neap. 35 p. 210, Taur. 17; Panvinius Rom. p. 547; Borghini ms. p. 143; Anonymus Barberinianus f. 246; Suaresius Praen. p. 29 (inde Vulpi 9 p. 166); Cecconi p. 29; Petrini p. 317 n. 12. Orelli 3051.

3 *spl(endido) eq(uiti) R(omano)*, 5—11 *ob insignem eius edition(em) muneris bidui, populo postulante bigam, placuit aequest(ri) statua decreto ordinis eum ornari.*

2992 basis marmorea. Rep. Praeneste una cum n. 2687. 2903 sub aedibus Al. Arenae ibique extat.

Romae in museo thermarum inv. 16750

L · NIVELLIO · L · F ·
MEN · PRISCO ·
HARISPICI · ALLECTO
urceus INTER · DECVRIONES patera
L · NIVELLIVS
EPIGENES · ET
CORNELIA · IANVARIA
FILIO · PIISSIMO
L · D · D · D

Recognovi. Cicerchia ms. et apud Henzenum ann. inst. arch. 1855 p. 86. Legitur etiam in actis ministerii pontificii commerciorum.

2993 in via Praenestina rep. prope Praeneste.

P · OPPI . . . . .
IIIIII · *Viri aug* . .

Servavit Cecconi p. 16 (inde Petrini p. 321 n. 23).

Ab utraque parte fractam repraesentat Cecc.

2994 Praeneste. ʻAnnis elapsis in colle qui nunc vulgo *Colle Martino* appellatur, eruit dum vineam foderet colonus subter ingentia murorum rudera illa quae valli prominent Sardoniaeʼ PENNAZZ., similiter CECC. — Locum non indicat MARVC.

C ORCIVI
. . SAVFEI
PR · ISD
DVVM
SAVFE
D

Pennazza ms. bis; Anonymus inter schedas Gorii cod. Marucell. A 260 f. 23; Cecconi p. 25 (inde Petrini p. 331 n. 20).

1 C om. Maruc. — 2 in. litteram periisse a nullo auctorum indicatur. — SAVFE Maruc. — 5 SAVFE Cecc., SVFP... Maruc., SVFF Penn. — 6 habet solus Pennazza.

1. 2 Orcevii et Saufeii passim reperiuntur in titulis liberae urbis Praenestinae, nulli reperiuntur in titulis Praenestinis aetatis imperatoriae. — 3. 4 vix puto hoc titulo significari Orcevium et Saufeium praetores eosdemque duumviros Praeneste fuisse, nam *duumviri* pro *duoviri* alienum est a titulo illius aetatis; sed quid subsit nescio.